UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Defensio Regie || assert[i]o[n]is co[n]tra Ba||bylonicam captiuitate[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1226

Capvt Vndecimvm. Dijudicatione[m] dogmatu[m] ad patres poti[us], q[ue] ad plaebe[m] spectare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30480

Visual Library

idētidē & eiuſdē interꝑtatõez oīno cõuenit obtēperãt accipe.

¶ Diiudicatõem dogmatū ad patres potius q̃ ad plebem ſpectare. Cap. XI

SVpereſt adhuc in loco qdã error conuellendus de quo Lutherus haud mediocriter gloriatur, nēpe ꝙ ad plæbē ſpectat de dogmatibus iudicare. Sic em̄ ait. De doctrina (inqt) cognoſcere & iudicare ꝑtinet ad oēs & ſingulos chriſtianos & ita ꝑtinet, ut anathema ſit, qui hoc ius uno pilo leſerit. Ecce q̃ captet & aſſentet plæbi. Plæbeio certe fauori, quē ſtultū iudicē nemo unquã ſapiēs nõ plane cēſuit, Lutherus totus innitit. Animaduertit em̄ callidus ueterator plæbē ſuis peſtiferis opinionibus applaudere, atq; ideo iudiciū plæbis tanq̃ oraculum q̄dã ſolidiſſimū extollit, & ſacris ipſis literis fulcire conatur. Sed de populari fauore ſatis appoſite dixit Seneca. Malis artibus fauor popularis querit. Et certe peſſimis artibus Lutherus populū ſibi cõciliauit, quū ſolã fidē ſufficere doceat, nec ſatiſfactõem pro ſcelerib⁹ quãtūuis enormibus exigat, ſed abſolutione ſimplici (modo firmiter ei credat) nõ ſolū culpã uerūetiã pœnã oēm deleri, tã impudēter q̃ etiã ꝑniciose cõtēdit. Et cui⁹ animū, q̃ q̃ alioq recte ſapiētē, hęc tãta flagitioꝝ impunitas, & in om̄e uiciū licētia ꝑmiſſa nõ facile ꝑuertat alliciatq; ad ſeq̄lã. At maxime plæbeioꝝ animos q leues & incõſtãtes ſꝑ eſſe cõſueuerūt, atq; ad deteriora paratiſſimi. Quale fuerit iudiciū populare ſatis cõſtat ex Ethnicoꝝ hiſtorijs. Neq; em̄ Camillus aut Scipiões a Romãis, neq; Lygurg⁹ a lacedemonijs, neq; ab Atheniēſib⁹ Solon tãtã iniuriã fuiſſet paſſus, ſi iudicio integro & incorrupto fuiſſent eoꝝ ciues. Nec de Ethnicis tm̄ loquor, ueꝝ etiã & de populo dei quē & deus ipſe peculiarē ſibi fecerat. Annõ legimus hebręoꝝ populū, poſteaq̃ eductus fuerat a miſera qua apud Pharaonem detinebãtur ſeruitute, poſt tot portēta pro eis oſtēſa, poſt tot exhibita eiſdē bñficia nihilominꝰ ad idolatriã declinaſſe, atq; deo uero poſthabito uitulū adoraſſe cõflatilē? Hoc ſcilicet egregiū & ꝑclaꝝ eoꝝ iudiciū fuit, ꝙ ſpreto uero deo, q tot prodigijs eos ab Aegiptiaca ſeruitute liberauerat, ficticiū uitulū, deū ſuū arbitrati ſint. Sed ueniam⁹

Exēpla Ethnicorum.

Exēpla legis ueteris.

Exodi. 32.

Exēpla Euãge

Match.27. ad nr̃a. Nũ nõ idẽ populus q chriſti ſermonib⁹ pariter & mira
culis allectus credidit, oĩbus honoribus illũ dignũ arbitrat⁹, in
tra unius ebdomade ſpaciũ ſic ab eo fuerat alienatus, ut tollen
dũ & affigẽdũ cruci, plusq̃ iſana rabie cõclamauerit. Paulũ itẽ
Act.14. & Barnabã quũ eẽnt lycaoniæ (qd̃ in actis refert) ppl's auditis
eoꝝ ſermonibus & uiſis miracul' tãto p̃cio habuerũt, ut uix cõ
peſci ualuerint, qn illis tanq̃ dĩs imolarẽt. Cæteꝝ ſequẽti die
ſic immutati fuerãt, ut Paulũ lapidibus obrutũ, uelut mortuũ
Exẽpla a pp'o chr̃iano. reliquerũt. Sed & chriſtianũ populũ qs ignorat p hæreticorũ
dogmata ſepenumero deluſum, & a tramite ueritatis abductũ
fuiſſe. An nõ donatiſtę gloriati ſunt multo maiorẽ populi ptẽ
ſibi q̃ orthodoxis aſſenſum p̃buiſſe? Et q̃ties q̃ſo uel ſola popu
li multitudine Arriani cõtra orthodoxos p̃ualuerint? Tanta
certe fuit incõſtãtia iudicĩ popularis, ut nunc uera fidei dog⸗
mata, nũc aptiſſimas hæreſes approbabãt. Quæ res aptior eſt,
q̃ ut negari q̃at. Nã Athanaſius, dũ uiueret, totũ Alexãdrinẽ
ſem ppl'm aduerſus Arrĩ dogmata ſibi cõiũctiſſimũ habuit,
qbus & moriturus Petrũ uiꝝ orthodoxũ & ꝓ fide catholica
plurima ꝑpeſſum, ceu futuꝝ Ep̃m obnixi⁹ cõmẽdauit. Illi tñ
(tãta fuerat eoꝝ incõſtãtia) Luciũ quẽdã Arrianæ ptis Ep̃m
admiſerũt. Id qꝺ neutiq̃ feciſſent, ſi recto fuiſſent ſinceroq; iu⸗
dicio. Sed eiuſmodi multa cõperiet qſqs illoꝝ tẽpoꝝ pcurret
hiſtorias. Nũq̃ certe uel Arrĩ, uel Aecĩ aut Eunomĩ ueſania
Sabelli, Photini Pauli Samoſateni, aut deniq; Macedonĩ ue⸗
nenũ a chriſtianis receptũ fuiſſet, ſi nõ defuiſſet eis iudicĩ inte
(gritas

II
Iudiciũ de dogmatibus nõ eſt plæbi defe rendum. Hæbr.5.

¶ Sed & qũo fieri potuit ut tã ſubtilia dogmata
diſcerneret ppl's, q̃ uix ab illis q plurimũ eſſent in ſcripturis ex
cercitati dĩudicari ualuiſſent? Perfectoꝝ eñ ẽ cibo ſolido ueſ
ci cuiuſmodi ſunt, ut ait Paul⁹, q pro cõſuetudine exercitatos
hñt ſenſus ad diſcretionẽ boni pariter & mali. Quibus uerbis
plane manifeſtat Paulus, nõ ad plębẽ ſup dogmatibus iudiciũ
attinere, ut diſcernãt q̃ ſana ſint, et q̃ peſtifera dogmata. Pauco
rũ ſp & pfectoꝝ (hoc eſt ſp̃ũaliũ) id erat officĩ potius q̃ multi
tudinis, quę lacte magis alẽda ẽ, q̃ ſolido cibo, quẽadmodũ &
Paul⁹ eodẽ teſtat loco. Facti (inqt) eſtis qbus lacte opus ſit nõ
ſolido cibo. Neq; eñ q credũt cuncti ſunt uſq; adeo ſpiritales,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

int de fidei dogmatibus illico iudicare queāt. Nā Paulus, tā & I. Cor. I.
ſi Corinthios laudaſſet, uelut in oībus diuites effectos, in omī I. Cor. 3.
uerbo et in oī ſciētia, ita ut nihil eis defuiſſet in ulla gr̄a, mox tñ
eos uelut carnales arguit & q̄bus lacte ſit opus. Ego (inq̄t) fra-
tres nō potui uobis loq̄ q̄ſi ſpūalibus ſed q̄ſi carnalibus. Tanq̄
paruulꝭ in chriſto lac uobis potū dedi nō eſcā. Nō dū eñ pote-
ratis ſed nec nūc q̄dē poteſtis. Adhuc eñ carnales eſtis. Ecce
quos Paulus añ p̄dicauit uſq; adeo ditatos ut nihil eis deeſſet
in ulla gr̄a, iā carnales uocat, negatq; adhuc ueſci poſſe cibo ſo
lido. Verū iſtud prorſus nō de eiſdē accipiēdū eſt. Erāt eñ in
eo populo ſpūales aliquot, apud q̄s Paulus & ipē quoq; ſpūa-
lis, tanq̄ ad pfectos dei ſapiētiā in myſterio loq̄tur quæ recon
dita q̄dē eſt. Erāt p̄terea carnales q̄dā & craſſi, & hi longe plu
res q̄ q̄ pfecti ſpūaleſq; fuerūt. De ſpūalibus igiť & pfectis in-
telligit Paulus quū dicit, ꝙ ſpūalis oīa diiudicat. De carnalibꝰ
aūt & impfectis ait. Animalis hō nō accipit ea quæ ſunt ſpūs I. Cor. 2.
dei, neq; p̄t cognoſcere ꝙ ſpūaliter ea diiudicātur. Palā igitur
ex his eſt quū ſit carnaliū & craſſorū numerꝰ lōge maior q̄ ſpi-
ritualiū & perfectorū, nō ad multitudinē pertinere iudiciū de
dogmatibus quæ ſpūaliter fieri debēt & a ſpūalibus, utpote q̄
per longā aſſuefactionē (ut Paulꝰ ait) excercitatos hñt ſenſus Hæbr. 5.
in ſcripturis ad diſcretionē boni pariter atq; mali

Adde ꝙ nec Lutherus ipē tantū tribuiſſet multitudinis iu-
dicio niſi, ꝙ in rem ſuā id plurimū facere ſibi perſuaſerit. Nam
& alibi contemnit multitudinis iudicium. In captiuitate nam
q; Babilonica dicit. Quid mihi cum multitudine & magnitu-
dine errantiū? Fortior omniū eſt ueritas. Ecce hic ſoli cōfiſus
ei (quā opinatur) ueritati, pro nihilo ducit ꝙ multitudo ſibi ad
uerſetur. Sed dicet de multitudine errantiū hic ſe fuiſſe locu-
tū, nō de ſuo grege, quē neutiq̄ errare cōtendit. Sed quō iſtud
probat? Nō aliter certe q̄ Arrius & ſequaces ſui probāt ſeipos Lutherus per-
errore uocare. Afferūt eñ ſcripturas, ſed quas ipſi pro ſuo ſen- ui contorquet
ſu pperā interp̄tātur. Si talibus ſcripturis p uim cōtortis fides ſcripturas.
adhibēda ſit, iā Lutherꝰ recte docet nō errare lutheranos. Sed
tolle ſcripturas, q̄s ita praue cōtorſit, & q̄d aliud erit Lutherꝰ q̄
peſtilētiſſimꝰ hereſiarcha? Et q̄d grex lutheranꝰ, q̄ pp̄ls a recto

Heretici aliqñ cõmẽdãt multitudinẽ, & qñ ꝗ damnãt.

ueritatis tramite ſeduct⁹ & actus in ꝑcipitiũ. Cæterꝶ in hac re Lutherus nihil a ſuis progenitorib⁹ degenerat. Refert em̃ Socrates in hiſtoria triptita, ꝙ quũ optimi prĩcipis Theodoſij ſtudio pax fuiſſet eccl'ię reddita, & Nouatiani, relictis errorib⁹, ad eccl'iæ gremiũ rediſſent, maximaq; pars Arrianorꝶ, Ennomianorꝶ, atq; Macedonianorꝶ ab hęreſibus ſuis reſipuiſſet, paucis exceptis Epis, q plane cõtumaciter in ſua ueſania ꝑſtiterũt Et hi q̃q̃ antea de multitudine ſui ſequacium gloriati fuiſſent, nũc tñ ab ipſis derelicti mutuo ſe cõſolabãtur, illud chriſti recẽſentes, Multos qdẽ eẽ uocatos, paucos aũt electos. Sed opeprecium erit eiuſdẽ hiſtoriæ uerba ſubſcribere. Sic em̃ illic habet. Admiratus prĩceps eorꝶ hoc ẽ Nouacianorꝶ cõcordiã circa fidem, lege ꝑcepit ut propria oratoria tenerẽt & priuilegia ſuæ eccleſiæ atq; fidei poſſiderẽt. Verꝶ aliarꝶ religionũ Antiſtites propter diſcordiã ſuã in reꝑhẽſionẽ ſui populi uenĩẽtes eſtuabãt, triſtitiaq; cõfuſi diſcedebãt, & literis cõſolabãtur, alteri alteros, ut nõ cruciarẽtur ꝙ plurimi deficiẽtes ad fidem, του ὁμουσίου accederẽt dicẽtes, Multos qdẽ uocatos paucos aũt electos. Quod certe tũ nõ dicebãt qñ multũ populũ p poteſtatẽ ſibiipſis aggregarẽt. Hactenus ex hiſtoria. Ex qbus uerbis apte liquet Arrianorꝶ Epiſcopos nũc quidẽ laudaſſe, nũc uero damnaſſe multitudinis iudicium.

Matth. 22.

Ad quẽ modum & Lutherus nũc facit. Quãdo libet & q̃ties in rem ſuã id faciat, multitudinis iudiciũ approbat, et rurſus qñ nõ libet, eorꝶ iudiciũ cõtẽnit & dãnat, Sed ut ad rẽ ueniamus.

III
Nõ eſt ſtãdũ iudicio ppl'i

¶ Si iudicio populi ſtãdũ fuerit, cur populo nõ ęque credimus dũ Arrij, Eunomij, aut Macedonij dogmatib⁹ acclamat atq; dũ uerã orthodoxorꝶ patrũ approbat doctrinã. Neminẽ em̃ reor uſq; adeo deſipere, ut tũ cũ hęreticis popul⁹ applaudat hũc rectũ habere iudiciũ aſſerat, et cõtra quũ faueat orthodoxis iniquũ. Quãobrẽ quũ exploratiſſimũ habeamus eũdẽ populũ, nũc pro orthodoxis, nũc pro Arrianis, nũc pro Macedonianis, nũc pro alijs hæreſum autorib⁹ iudicaſſe, qs unquã ſapiens populi iudicio ſtãdũ eẽ decernet? Et maxime, quum nulla dari queat ratio, cur uno tempore fides illius calculo, magis q̃ alter firmiter adhibebitur.

Præterea libet hic a Luthero ſciſcitari qd ſibi uelit p iudicium intelligi, quū dicat populū habere ius iudicandi. Si ius intelligat aſſentiendi uerbo dei, nihil refragor. Pplus eiuſmodi ius habet ut credat & aſſentiat. Sin dixerit eos itē ius habere diſſentiendi ſi uelint, falſum id eſt, quādoquidē ſic aſſentire teneanť, ut diſſentire nō liceat. Nā & Zacharias ob id mutus effectus eſt, ꝙ uerbo dei p angelū prolato nō protinus aſſenſerit. Et gentes in hoc laudanť, ꝙ in auditu aures obediuerint. Sed & Chrūs in Euāg. dicit. Sup cathedrā Moſi ſederūt ſcribę & phariſæi. Oīa ergo quæcūꝗ dixerint uobis, ſeruate & facite. Neꝗ magis plębi Chrianæ iā diſſentire licet his, q docendi cathedrā in ecclia Chri legitime ſuſceperūt, q̄ diu nulla hæreſeos aut falſi dogmatis laborent ſuſpitione, ſed oīno neceſſe eſt, ut his pſidibus ita rite uocatis, fidē indubitatā adhibeāt. Alioqui quot hæſitationes, quātas turbas, quātaſꝗ cōfuſiones eā rē excitaturā qs nō uidet? Nō de his loquor q ſeipſos ingerūt, nō legitime uocatos, aut q manifeſte cōtraria docēt & ſcripturas interpretanť cōtra ſenſum antiquoꝝ patrū. Nā de his intelligi pt q̄d Ezechiel ait. Væ prophetis inſipiētibus q ſpm ſequunť ſuū. Et q̄d apud Hieremiā dicit. Nō miſi eos (ait dn̄s) & ipſi prophetant in noīe meo mēdaciter. Nemini dubiū ſit, eos, q hmōi ſunt, falſos eſſe prophetas, hoc eſt q ſeſe ad cōcionandū pplo, nō legitime uocati ingerūt, quiꝗ manifeſte contraria docent his, q̄ nobis unanimiter ab orthodoxis patribus ſunt tradita. Nec eſt q̄d obijciant nobis. Multa ab eis fuiſſe dicta q̄ in ſcripturis nequaq̄ cōtinenť. Nā & hoc Arriani pridē orthodoxis obiecerūt, nēpe, ꝙ cōſubſtantialitatis uocabulum nō erat in tota ſcriptura ſacra repertū. At hi pro ſua defenſione ſatis habuerūt, uti refert Athanaſius apud hiſtoriā tripartitā ca. 7. ꝙ priores orthodoxi q ſe pceſſerāt idē uocabulū uſurpaſſent. Vbi & uidere licet callidiſſimas Arrianoꝝ interpretationes de ſcripturis factas, q̄s a captu & iudicio populi tātum abfuiſſe cōſtat, ut niſi ab oculatiſſimis & pſpicaciſſimis ingenijs uix potuiſſent deprehendi.

Nō licet diſſentire a recte ducentibus

Lucæ. I.

Pſalm. 17

Matth. 23

Ezech. 13.

Hiere. 27

Orthodoxi utunť uocabul' q̄ ab antiquis olim reperta ſunt

¶ Cæteꝝ uideamus qd in utroꝗ teſtamēto patres fecerint an ad iudiciū de dogmatibus accerſierint plębē nec ne, Certū IIII

eſt apud Iſraeliticã gentẽ fuiſſe ſeptuaginta ſeniores qbus quoties aliquid ambiguitatis emerſerit fides adhibebaṫ, nec liceret cuiquã illis non obtemperare. His, ut Num. 11. tradiṫ, impertitũ fuit de ſpiritu qui in Moſe fuerat, quatenus in dubijs omnibus dijudicandis eſſent perſpicatiores. His & deus effigiẽ quandã ſui Exodi. 24. luculenter oſtendit, id q̃d nõ fecit uniuerſo populo, ut in Hebræo codice manifeſtius habetur. Quod & magiſtri Hebræorꝫ cõcorditer affirmãt. Ad illos q̃ꝫ ptinere cõfirmant q̃d de ſacerdotibus leuitici gñis. 17. Deuteronomij ſcriptũ eſt, nimirũ, ꝙ in cunctis ambiguis ipſi iudicij ueritatẽ apperirent. His tñ unus adiungebaṫ Moſeos loco ſic ꝙ totius collegij numerus unũ ſupra ſeptuaginta continebat. Quãobrẽ & quũ Moſes eſſet in montẽ ad deũ aſcenſurꝰ, reliquit apud eos Aaron & Hur, qui uices eius tũ abſentis agerent. Ex qbus apertiſſimũ eſt, ꝙ in ambiguis & difficilibus dogmatibꝰ, populi iudiciũ in ueteri lege neutiq̃ expectabaṫ. In lege uero noua. Chrũs duodecim apl'os & ſeptuaginta duos diſcipulos deſignauit, qbus & plæbẽ uoluit fidẽ adhibere, nõ iudicẽ fieri eorũ q̃ docerent. Nã & illis dixit (ut alibi docuimus), & nõ ſingulis chrianis. Qui uos audit me audit, & qui uos ſpernit me ſpernit. Spreuiſſe aũt ĩtelligas quiſqs nõ aſſenſiſſet illorꝫ documẽtis. Et q̃q̃ Paulus idẽ accepiſſet a Chriſto Euãgeliũ, q̃d & cæteri, tamen quia nõ ut illi Chriſtũ hic in terris fuiſſet ſecutus, ideo iuſſus fuit Euangeliũ ſuũ cum apoſtolis conferre, ut ab ipſis idem approbaretur. Aſcendi (inquit) Hieroſolymã ſecundum reuelationem, & Euangeliũ quod inter gentes prædico contuli cũ apoſtolis, ſed priuatim cũ his qui erant in precio. Ecce non iudicium populi, ſed procerũ. Eccleſiaſticorum Paulus exegit.

Adde, ꝙ quũ Antiochię qdã ex fratribꝰ docuiſſent circũciſionẽ eẽ neceſſariã. Paulus & Barnabas q huic dogmati cõtradicebãt, miſſi fuerũt Hieroſolymã ad apl'os & pſbyteros ſup hac q̃ſtione cõſulẽdos. Cõuenerũt igiṫ (ut in actis tradiṫ) apoſtoli & pſbyteri, ut diſpicerent de hoc negocio, & re diffinita, ſcripſerũt his q tũ abfuerãt qd eſſent credituri. Et certũ eſt cõplures chrianos, nõ ſolũ eos q tũ Antiochiæ fuerãt, uerum

Septuaginta ſenioribꝫ reſeruabaṫ dubiorũ determinatio.

Exodi. 24.

Matth. x.
Marci. 3.
Lucæ. 6. 10.

Lucæ. x.

Galat 2.

Acto. 15

etiam alios in aliis orbis partibus nequaquã ad hanc ſynodum fuiſſe uocatos, nec eorũ ſententiam in hoc negocio fuiſſe requiſitam. Ad ſolos eñi apoſtolos & preſbyteros attinebat ſuper hoc negocio ſententiã ferre, quemadmodũ illic ſcriptum eſt. Cõuenerunt (inquit) apoſtoli & preſbyteri ut diſpicerent de hoc negocio. Sed dicet quiſpiã. Inferius itẽ eſt facta mẽtio de fratribus & de tota eccleſia, quorũ etiã nomine literæ miſſe ſunt Antiochiã. Nõ reluctor. At hoc fuit humilitatis apoſtolicæ magis q̃ abſolutæ neceſſitatis, ꝙ ita ſcripſerint. Nã quũ aptũ ſit fratres iferiores, q tũ Hieroſolymis aderãt, nihilo maiorẽ authoritatẽ habuiſſe q̃ q tũc Antiochiæ, uel in Syria, ſeu Cicilia fuerant abſentes. Neq; fratrũ aut diſcipuloꝝ abſentiũ ullus petebat aſſenſus, ſed tantũ imperabat, cõſequẽs eſt ut & hi minores q tũ p̃ſentes fuerãt, ius nullũ habuerint diſſentiendi. Sed & Lucas capite ſequẽti ſic de illis decretis ꝓdidit. Cũ (inquit) ꝑtranſirent ciuitates, nẽpe Paulus & alii fratres cum eo, tradebant illis ſeruanda decreta, quæ erant ordinata ab apoſtolis & preſbyteris qui erant Hieroſolymis. Hic uides lector, ꝙ aplorũ & preſbyteroꝝ decreta facta Hieroſolymis rũ ligabãt abſentes omnes ad ea ſeruãda. Similiter & cap. 21. ſcribit Iacobũ & preſbyteros ad Paulũ quũ poſtremo ueniſſet Hieroſolymã dixiſſe. De his (inquiunt) q crediderunt ex gentibus nos ſcripſimus decernentes, ne qd huiuſmodi obſeruent. Ecce teſtant ſe decreuiſſe, id quod ipſis incõſultis haud quaq̃ feciſſent, ſi licuiſſet eis apoſtoloꝝ decreta contẽnere. Et hic itẽ aduertendũ eſt apoſtolos & preſbyteros nihil fuiſſe ueritos aſſerere ſuũ hoc decretũ a ſancto ſpiritu proceſſiſſe. Viſum (inquiunt) eſt ſpiritui ſancto & nobis ne quid amplius imponeremus uobis oneris.

Acto. 15.

Obiectionis dilutio

Acto. 16.

Acto. 15.

V

Ad hec, quũ principio recepta fuerint euãgelia, nõ eſt dubiũ qn p̃ter ipſa quatuor, q̃ nũc in eccleſiis legim⁹, alia fuiſſent oblata, utpote Petri, Thomæ, Matthæi, Nichodemi nec nõ & illud q̃d ſecũdũ Hebręos euãgeliũ dicit, uerũ in his uel reiiciẽdis uel approbãdis quid ualuit iudicium populi? Nihil penitus. Nam populus (ut par fuit) apoſtolorum & diſcipulorum calculis in hiſce rebus credere tenebatur. Quum ſcriptum ſit.

Pſal.71. Suſcipiant montes pacē pplo & colles iuſtitiā. Montes eqdē
erant,q tū uelut principes in ecclia preeminebāt nō minori ui
tæ ſanctimonia q̄ ſcripturaꝝ intellectu, & hos decebat pacis
euangeliū nō mō ſuſcipere,uerūetiā pplo ſuſcipiendū præbe
re.Porro colles inferiores intelligi debēt,quorū fuit reuerēter
admittere, & ad iuſtitiā credere,quicquid montes ipſi creden
dum indicauerint.

Cæteꝝ ſi iudiciū plebis in hoc negocio fuiſſet requiſitū,credi
bilius eſt,ꝙ euangeliū illud q̄d ſecundū Hebræos inſcribit̃ cę
teris ꝑtuliſſent,quū tūc maxima chriſtianoꝝ pars fuiſſent He
bræi,neq; adhuc penitꝰ omnē humanū exuiſſent affectū. Ali
Acto.7. oqui nec murmur inter Græcos & Hebræos fuiſſet exortum
propter ipſoꝝ uiduas,eo ꝙ in miniſterio cotidiano deſpicerē-
tur,utcūq; fuerit dilucidū eſſe cuiuis ꝓt, ꝙ in approbādis aut
reijciendis Euangelijs turbæ iudiciū nō fuerit expetitū, ſed e-
ius rei uel approbatio uel repudiatio ex principibus ipſis pen-
In elucidatiōe euāgelij n̄ ſtat̃ iudicio uulgi. debat,& nō ex rudiori turba.Q; ſi plebis iudiciū in recipien-
dis Euangelijs neutiq̄ exigat̃,multo minus in obſcuris Euan-
geliorū locis elucidandis illoꝝ iudicio ſtabit̃. Quid eñ quū
olim emerſerit de cōſubſtantialitate quæſtio,iudiciū rudis po
puli ualuit,qñ multos etiā eruditos & in ſcripturis ſacris plu-
Euſebius aliq̄diu errauit. rimū exercitatos eius rei ſubtilitas hallucinari fecerit. Euſebi-
um eñ Ceſarienſem uirū optimū,pariter & eruditiſſimū ali-
oſq; plurimos aliq̄diu tenuit in errore, quē tñ poſtea clariori
ſcripturaꝝ luce depulerūt.Quāobrē quū tanti uiri cæcutie-
rint in iudicandis rebus & negocijs fidei,qs tam inſanus eſt ut
indoctæ plebis iudicio cenſeat confidēdum?

VI ¶His accedit,ꝙ ſi iā in quæſtionē uenerit, an epla Iacobi
ſit inter catholicas eplas cōnumeranda,an,ut Luthero uidet̃,
eximenda penitus.Quis iudex erit?pplus ne rudis qui gregis
obtinet uicē,an eruditi potius & optimi ꝑſides eccleſiaꝝ,q pa
ſtores in aplicis uocant̃ lris?Hos profecto longe magis cōſen
taneū eſt iudices huiuſce rei q̄ plebē fieri,& q̄d illi decreuerit
abſq; cōtradictione recipi debere a cæteris.Nā alioqui ſi Lu-
therus gregi ſuo pſuaſerit hāc epiſtolā nō eſſe catholicā & hi
ſubſcripſerint illius ſnīæ,iā uel erit manifeſtū ſchiſma,uel oēs.

tenebimur pro iudicio Lutheranoꝝ ex biblijs nr̃is diuũ Iaco
bũ euellere. Et q̃q̃ Origenes, aut alius quis, ſi qs in ſcripturis
examinãdis rep̄t⁹ fuerit eo diligẽtior & circũſpectior, aſſerue
rit hanc eẽ uere catholicã, nõ tñ audieť cõtra Lutheꝝ. Et quã-
obrẽ? Q꞉ ſcilicet pplˀus Lutheranus ita ſenſit, ita iudicauit, iu
dicio populi ſtabiť. Quis hic nõ uidet latebras Lutheꝝ quęre
re? Sed qd ſi chriſtianoꝝ cœtus longe copioſior q̃ Luthera-
norũ e diuerſo cenſuerit, & hãc epl̃am in biblijs reponẽdã de-
creuerit, eãq꞉ oĩno catholicã aſſeuerauerit, utpote a ſanctiſſi-
mis & eruditiſſimis patribus hoc noĩe ſibi cõmendatã: qs iã in
ter utrũq꞉ pplˀm iudex erit? nõ em̃ æquũ eſt, ut nos, qbus legi
tima ſucceſſione fides a primis ipſis ecclˀiæ colũnis p̱ tot fide
dignos intermediotores promanauerit, iã horũ diligentia do-
ctrinaq꞉ ſpreta dextras iungamus eoꝝ aduerſario, q tã ingrate
ſilˀ & impie lacerat eorũ uitã, doctrinã, & eruditionẽ. Sed nec
ille uiciſſim p̱ nos, aut p̱ maioꝝ noſtroꝝ ſcripta, q̃ pro nihilo
ducit, iudicari patiť. Quid ergo dicem⁹? Exiſtimabim⁹ Chri-
ſtũ q propter nimiã charitatẽ, qua dilexit nos, nõ ſolũ pro no
bis naſci, uerumetiã emori dignatus eſt, & carnis & ſanguinis
ſui ſacramentis nos alere, ſpm̃ ſuũ e cœlis promittere, q nobiſ
cũ reſidens nos omnẽ doceret ueritatẽ, Hunc inquã tã arden-
tẽ adamatorẽ exiſtimabimus ita ſuũ gregẽ, quẽ tãto precio re
demit in tã horrendis erroꝝ tenebris, atq꞉ nobis opponit Lu-
therus, & p̱ tot annorũ centenarios iacere p̱miſiſſe, neq꞉ ullũ
reliquiſſe nobis iudicẽ, & haꝝ tenebraꝝ excuſſorẽ, p̄ter unum
Lutherũ? quẽ nemo, q furias has cõtra regẽ illuſtriſſimũ ſcrip
tas p̱legerit nõ plane p̱ſpicit dæmone quodã actũ & a diuino
ſpũ longe alienũ eẽ. Præſcriptũ eſt igiť aduerſus Lutheri Lu
theranorũq꞉ iudiciũ, nõ ſolũ ꝙ ipſe carnalẽ ſe prodiderit, cu-
iuſmodi Paulus nullũ oĩno iudiciũ de ſpũalibus p̱mittit, uerũ-
etiã ꝙ nob̄ doctrina ſpũs integerrimo cõductu p̱ ſacros cana
les eruditiſſimoꝝ atq꞉ ſctiſſi. patrũ ab ipſis fõtibus diriuata ſit.
Q꞉obrẽ ſi uel cõtra epl̃aꝫ Iacobi, aut aliã quãuis ſcripturã, ſeu
ſcripturæ quãlibet interpretationẽ cõcordi patrũ aſtipulatõe
factã. Lutherus populusve Lutheran⁹ iudiciũ ſibi arrogaue-
rit, manifeſtũ eſt idip̃m nullius eſſe momẽti, neq꞉ licere nobis

Male negat Lut. epl̃aꝫ Iacobi nõ eẽ catholicam

Ephe. 4. ullo pacto Lutheranā interp̄tationē q̃tenus maioribꝰ nr̄is ad-
uerſaſ admittere, niſi uelimus Paulo repugnare, q diſtrictius
monet, ut nō ſimus amplius pueri, qui fluctuemus & circūfe
ramur quouis uento doctrinæ per uerſutiam hominū, ꝑ aſtu-
tiam qua nos adoriuntur ut imponant nobis.

VII ¶ Sup̄ioribus accedit, ꝙ ſi momēti cuiuſpiā fuerit iudicium
Iudiciū ppl̄i populare, iā plurima de q̄bus hodie litigamꝰ in rē (ut aiunt) iu-
antiq contra dicatā trāſierūt. Nā exploratiſſimū eſt ꝑ uniuerſam totius or
Luthe. bis eccleſiā has ueritates quas Lutherꝰ dānat a p̄ſidibus eccle-
ſiarū fuiſſe p̄dicatas, populūq; eaſdē citra cōtradictionē aliquā
approbaſſe. Quid ergo ſup̄ hac rē diutius cōtendimus, quādo
quidē & iudicio populi iā olim in hoc negocio cōcluſum ſit.
An nō æqualis, ut ne maioris dixerim authoritatis, erit apud
q̄ſq; bonos & æquos iudiciū populi, q ſc̄tis ipſis ap̄lis ac mar-
tyribꝰ uicinior erat, q̃ huius populi nūc ſup̄ſtitis q certe uix ra
tionē fæcis habet ad purū uinū, ſi cū priori illo ppl̄o conferat.
Quāobrē ſi quicq̃ in hac cauſa ualeat iudiciū populi iā dirēp-
ta lis eſt, nec reuocari ꝑ deterioris notæ ppl̄m licebit id q̄d per
lōge p̄ſtantiorē fuerat approbatū. Niſi forte uelimus pueriles
imitari ludos, q q̄d heri cōſtruxerāt, hodie demoliunt. At hoc
erit ſp̄ diſcere & nūq̃ ad ſciæ ꝟitatē ꝑuenire. Nā q̃ rōne p̄ſenti
ppl̄o iā licet prioris ppl̄i iudiciū i dubiū reuocare, eadē licebit
& ſubſecuturo ppl̄o p̄ n̄tis dānare iudiciū. Atq iſtud q̄d aliud
Ephe. 4. eſt, q̃ cōtra doctrinā Pauli, nūq̃ adoleſcere, ſed ſp̄ eē pueros at
q; fluctuare & circūferri q̄uis uēto doctrinæ ꝑ aſtutiā & uer-
Eccle. 34 ſutiā hoim. Et ut Eccl̄. ſcriptū eſt. Vnus ædificās & unus de-
Obiectionis ſtruēs, q̄d prodeſt illis niſi labor? Sed hic dicet Luth. Adēpta
dilutio fuerat tū ppl̄o ſua lib̄tas. At hoc falſiſſimū eſt. Nā Lutherani
nequaq̃ hodie cōſtātius Luthero, q̃ priores populi ſuis p̄ſidi-
bus adhęſerūt. Quę res manifeſtiſſime cōſtitit, in Athanaſio
Ambroſio, Chryſ. aliiſq; cōpluribꝰ. Nā erāt eoꝝ auditores e-
tiā ad mortē ſubeūdā parati potiꝰ, q̃ eos auferri ſibi paterētur.
Iſta iā ſufficiūt, opinor, ut quis ītelligat ppl̄m oīno ius nullum
habere diſſentiēdi ab eoꝝ dogmatibꝰ q legitime cōſtitutꝰ ſunt
diuini ꝟbi p̄cones & ſcripturaꝝ ſacraꝝ interp̄tes, maxīe in his
q̄ ad fidē ꝑtinēt, & q̃diu prioꝝ patrū cōcordi ſn̄ia ſeſe confor-
mes reddiderint.

¶Sed nunc par eſt ut rationes Lutheri quibus con
trarium aſtuat in medium afferamus.

## ¶PRIMA RATIO. VIII

CHriſtus(inq̃t)hoc ius ſtatuit inuictis & uarijs ſen-
tẽtijs Mat.7. Attẽdite a falſis prophetis q ueniũt „
ad uos in ueſtimẽtis ouiũ. Hoc ꝟbũ certe dicit da „
pplm̃ aduerſus doctores & mãdat eis, ut falſa dog „
mata eoꝝ uitẽt, At q̃uo uitare pñt niſi cognoſcãt? q̃uo cogno „
ſcere, niſi ius habeant iudicãdi? Nũc aũt nõ ſolũ ius, ſed p̃cep- „
tũ iudicandi ſtatuit, ut hæc ſola authoritas ſatis eſſe queat ad- „
uerſus oĩm põtificũ, oĩm patrũ, oĩm cõciliorꝝ, oĩm ſcholarum „
ſn̄ias, q̃ ius iudicandi & diſcernẽdi ſolis Ep̃is & miniſtris tri- „
buerũt, & impie ac ſacrilege, id ẽ eccl̃iæ reginę rapuerũt. Stat „
etem̃ Chriſtus dicens, Attendite a falſis prophetis. „
Primũ hic aduerte lector q̃ uiolẽte cõtorqueat hãc ſcripturã Chr̃ũs dehor-
Lutherus, quũ nihil hic uel de dogmatib' uel de iudicio ne ꝟ- taẽ audire fal
bũ qdẽ fiat. Neq; em̃ Chr̃s hic dixit, Attẽdite a dogmatib' ut ſos ꝓphetas.
inter ea diſcernatis q̃ ſunt praua, q̃ue ſalubria. Neq; dixit, At
tẽdite a falſis dogmatib', ne uos inficiãt. Sed dixit, Attẽdite a
falſis ꝓphetis, hoc ꝟo qd aliđ ẽ, q̃ ſi dixerit, fugite cõſortiũ fal
ſoꝝ ꝓphetaꝝ, ne audieritis eos. Vetat em̃ Chr̃s ne tales audi-
ant nimiꝝ, ꝙ eoꝝ ſermo ꝓtinus ĩficiat, & facile capiat ſimpli
ciores. Propt̃ q̃d & Paul' Roma. hortaẽ, ut hm̃õi ſeductores Roma.14.
declinẽt, ꝙ ſcilicet ꝑ blãdiloquẽtiã & aſſentationẽ decipiant
corda ſimpliciũ. Tales etiã. 2. ad Cor. 11. idẽ Paul' uocat pſeu-
doapoſtolos. Iſtiuſmodi(inq̃t)pſeudoapoſtoli, oparij doloſi
ſunt ſumpta pſona ap̃loꝝ Chr̃i. Ab his metuit ibidẽ Paulus,
ne quẽadmodũ ſerpẽs Euam decepit ꝟſutia ſua, ita corrũperẽ
tur ſenſus eoꝝ a ſimplicitate q̃ ẽ in Chr̃o. Profecto nimisq̃ pi-
culoſum ẽ iſtos audiri nõ ſolũ a ſimpliciorib' uerũetiã ab his
q uel mediocrẽ habẽt peritiã ſcripturarũ. Res hęc notior eſt q̃
ut multis egeat ꝟbis. Quis ignorat Nouatũ, Arriũ, Macedo-
niũ innũeros corrupiſſe, q ſi ꝓtinus(ut ꝑ orthodoxos de picu-
lo fuiſſent moniti)fugiſſent & declinaſſent ab illis, nihil oĩno
diſcrimis ĩcurriſſent. Propterea Chr̃s hoc ꝟbo iuſſit, ut a falſis
ꝓphetis caueam', q chr̃ianitatis nomẽ ceu pelles ouiũ p̃texũt



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ueꝝ intrinſecus(ut uere Tertullianus ait) lupina rapacitas de-
liteſcit, hoc eſt ſubdoli ſenſus & ſpūs operiunt ad infeſtandū
gregē Chriſti. Vetat igit hic Chrūs ne audiant hmōi falſi ꝓ
phetæ, nō aūt p̄cipit, ut a ſingulis examinent & diiudicēt eo-
rū dogmata, quod certe longe periculoſiſſimū foret.

Obiectio Sed dicet Lutherꝰ. Ex hoc uerbo plane ſequit, ꝙ oēs habeāt
ius iudicādi. Nā Chrs hoc uerbū dicit ad populū aduerſus do-
ctores, & mandat eis, ut falſa eorū dogmata uitent. At q̄ mo-
do uitare pn̄t niſi cognoſcāt, & qūo cognoſcēt niſi ius habeāt
Dilutio. iudicandi? Reſpondeo, ſi uir quiſpiā uxori ſuæ mādauerit q̄te-
nus attendat ab alienis. Putabimus iā uxori licere ut alienorū
ꝑuerſas audiat ſuaſiones, ſub eo p̄textu ut diiudicet eas? Neq̄-
q̄. Sed hoc molitus eſt uir, ne chariſſima ſibi cōiunx in ꝑiculū
incidat, atq; ideo penitus omne colloquiū interdicit. Eiuſmo-
di profecto zelū & ſponſus nr̄ Chriſtus Ieſus habet erga nos.
Matth. 7 Propter q̄d & nolens ut ab eiuſmodi falſis prophetis ſeduca-
mur iubet ut ab eis oīno caueamus. Attendite inquit a falſis
prophetis. Falſi prophetæ ſunt q, ſicut in Apocalypſi tradit,
Matth. 24. ſe dicunt aplo͞s, & nō ſunt, hoc eſt ſe dicunt eſſe miſſos & ne-
Marci. 13 mo tn̄ eos miſerit. De qbus & alibi Chrūs dicit, ꝙ ſeducent
multos. Quāobrē & q nolit ab eis ſeduci, huic neceſſe eſt, ut
I. Cor. 15 colloquiū eorū, pariter & cōſortiū deuitet. Nā ut Paulus ait.
Mores bonos colloquia corrūpūt mala. Nō ergo iuſſit Chri-
ſtus hoc uerbo, quatenus eorū dogmata ſinguli iudicarēt, id
q̄d abſq; periculo ſimpliciū fieri nequit, ſed ut eos q̄s uel de er-
rore ſuſpectos, uel nō eē legitime miſſos accepiſſent, declama-
rent, quoad eorū doctrina, per eos quibus incumbit doctrina-
rū examinatio ſolidius fuiſſet approbata.

IX ¶ Iam etiā & iſtud aduerte candide lector q̄ ſubdole molit
Lutherꝰ ex illo Chri ꝟbo colligere ius iudicādi dogmata. Pri-
cipio ſcripturā ipſam recenſet dicens, Attendite a falſis ꝓphe-
tis q ueniunt ad uos in ueſtimētis ouiū. Deinde ſubiicit intel-
lectū eius. Chrūs (inquit) hoc uerbū certe dicit ad ppl'm aduer-
ſus doctores & mandat eis ut falſa dogmata eorū uitent. Sub-
dit tertio loco. At qūo uitare pn̄t niſi cognoſcant. Et demū
apponit. Qūo cognoſcent niſi ius habeāt iudicādi. Ita ſenſim

Falſi prophetæ uariis depręhēdūt ĩdiciis.

& gradatim introducit uenenū. Ego uero tãetſi poſſem ſingula mēbra facillime ſubruere, tñ ad hoc poſtremũ rñdeo, ꝓpłm poſſe cognoſcere nõ dico dogmata de qb⁹ chr̃s ne uerbũ qdē dixit ſed falſos ꝓphetas, uł ex eo ꝙ hi q nõ ſint legittime miſſi docēdi tñ cathedrã uſurpēt, uel ꝙ uehemēter a ꝓbis habeant ſuſpecti, uł ꝙ palã eoꝝ doctrina cõdēnata ſit, uł demũ ex aliis ĩdiciis, qbus Paulus ep̃łas ſuas paſſim reſpgit. Ait em̃ ut unũ locũ exēpli gr̃a ꝓducã, ad Ro. 16. Obſecro uos fratres ut conſideretis eos q diſſidia & offendicula cõtra doctrinã quã uos didiciſtis gignũt & declinetis ab illis. Hæc certe ṽba nõ Romanis mõ, ueꝝ etiã oĩbus chr̃ianis hauddubie ſcripta ſunt. Qđ & Luther⁹ (ſi tñ ſecũ cõſtet) nõ negabit, atq; utinã oẽs Lutherani digne ṽbũ iſtud expēderēt. Sed ut ad rē redeã. Talib⁹ utiq; notis diſcerni p̃t ꝓpheta falſus, ut nihil opteat ſingulũ quēq; chr̃ianũ ius hr̃e iudicãdi. Siliter & ad tertiũ dico, ꝙ ꝓpheta falſus uitari p̃t a ſimpliciorib⁹ p alioꝝ admonitões quãq̃ illi⁹ dogmata nequerint indicare Et ad ſcđm idētidē aio, ꝙ uitabunt falſa dogmata, q falſoꝝ doctoꝝ & libros & colloqa fugerint, id qđ fieri p̃t abſq; dogmatũ auſcultatõe. Poſtremo demiror hoĩs impudētiã ꝙ hãc ſcripturã, q̃ cũ primis eũ tangit, nõ erubeſcit introducere. Neminē em̃ pcellit hoc ṽbũ poti⁹ quã Lutheꝝ q ſi falſus ꝓpheta nõ ſit, nemo unq̃ fuerat. Quis em̃ non pſeudoprophetã appellabit q deũ tã impie maloꝝ autorē pronũciat, q liberꝝ tollit arbitriũ, q neceſſitate cũcta prorſus agi nõ ueret aſſerere, q tã apte cõtra ſcripturas fidei totũ tribuit, opibus nihil, q ſcripturas ſacras fede lacerãs alias penitus dãnat, alias pperã interp̃tat̃, q ſacra patrũ cõcilia ſctiſſimaq; ſcripta cõtemnit prorſus, q deniq; nullũ nõ mouet lapidē, ut ſuã hereſin ſtabiliat. O ſi nũc ſctiſſimus ille policarpus uiueret, q q̊ties aliqd cõtra fidē audiret noui, ſolitus erat aures occludere ſuas, & in hũc modũ exclamare, deus bone in q̃ tp̱a me reſeruaſti ut hæc audiã. Quid nũc piiſſimus ille faceret, tot et tã pernicioſis auditis hęreſib⁹. Sed & ĩtegerrimus ipſe pr̃ & Ep̃s Ireneus q Florinũ acerbius rep̄hēdit, ꝙ is maloꝝ authorē deũ aſſeruerit q̊mõ nũc excãdeſceret in Lutheꝝ q ueterē illã hęreſin reſuſcitauit. Legat qſqs uelit orthodoxoꝝ pugnas aduerſum hęreticos &

Luther⁹ pſeudopropheta.

Antiq̃ pugnabãt aduerſus hæreticos, ex pr̃m aſſertiõi/bus.

inueniet illos nõ alteri fundamẽto ſolidius innixos eẽ q̄ ut di/
cerẽt hęc a fide dignis maiorib⁹ noſtris q an̄ nos fuerũt accepi
mus, ut nũc hãc fidẽ nullis hoĩm aut demonũ impoſturis nob̄
liceat ĩmutare. Iſtud olim ſuffecit ad reuincẽdos q̊ſuis hæreti
cos. Quãobrẽ quũ Luther⁹ etiã in hãc baſim ĩpingit uel is eſt
falſus propheta, uel alius nullus unquã fuit.

X.
Obiectio.

¶ Sed adhuc dicet q̇ſpiã. Luther⁹ a ſectatorib⁹ ſuis libẽter au/
dit, & ingẽtẽ fructũ ex cõtõib⁹ ſuis parit, q̊ fructu chr̃s pios ꝓ
phetas ab ĩprobis cẽſuit decernẽdos Ex fructib⁹ (inq̇t) eoꝝ co
gnoſcetis eos.

Dilutio.
Luthe. omne malũ ꝑſuadet

Ego uero ꝙ libẽter audiat nihil miror qñq̇dẽ li
cẽtiã tãtã ꝑmittit oĩb⁹. Nullis em̃ legib⁹ alligari chr̃ianos ꝑmit
tit, neq; põtificibus ullã cõdẽdaꝝ legũ ſinit habere facultatẽ.
Quo fit ut oẽm, a ſubditis quã hi p̄ſidib⁹ ſuis debẽt, aufert obe
diẽtiã & ſubiectionẽ. Neq; id ſolũ ſed & oẽm dirimit conatũ
obſeruãdaꝝ legũ dei, qñq̇dẽ et has p̄dicat ĩpoſſibiles eẽ cuiuis
neminẽq; poſſe diuina ſeruare mandata. Reſecat & oẽ ſtudiũ
cõterẽdi pro pc̃tis, quũ cõtritio (ut ait) q̄ nõ fit in gr̃a, deterio/
rẽ faciat pc̃tõrẽ. Cõfitẽdi q̊q; diligẽtiã ſuſtulit, eam inquã q̄ ſa
cerdotib⁹ fieri ſolet, ꝙ ad eã neminẽ teneri dogmatizet. Sed et
cõtẽdit nullã ꝓ ſcelerib⁹ ullis q̄ ſecreta ſunt ſatisfactõez & pœ
nã exigi debere, ſed oĩa libere cõdonari ꝑ fidẽ affirmat. Sacer/
dotes q raſi ſunt oẽs fictitios eẽ clamat, quũ ſit oĩs chriſtianus
(ut dicit) uere ſacerdos. Negat & oꝑa bona nc̃caria eẽ ad ſalu/
tẽ, quũ nullũ ſit opus quãtũuis bonũ q̇d pc̃tõ careat. Hęc nimi
rũ & alia plurima q̄ multã hñt maliciæ libertatẽ, paſſim p̄di/
cat apud populũ. Et q̇s uſq;adeo ſceleratus ẽ, ut iſta nõ audiat

Plurima uitia ſequũť Luth. doctrinã.

libẽtiſſime? Porro fruct⁹ q̊s parit oĩm amariſſimi ſunt, ſchiſma
ta, rixę, cõtẽtões, inimicicia, furores plusq̄ rabidi ĩpudẽtia, ſce/
leꝝ oĩm copia, adulteria ſpõſaꝝ chr̃i, uotoꝝ fractiões, ſc̃tẽ uir
ginitatis defloratões. Mõachoꝝ ad ſecularia negocia, fẽinaꝝ
q; cõplex⁹ reditũ, ſanctũ canib⁹ apponiť, et margaritę porcis.

XI
Nõ credit recte, q nõ obſeruat mandata.

¶ At inter hæc (dices) deo crediť & chr̃s diligiť. Falſum et hoc
ẽ, niſi fuerint ſcripturę prorſus falſę. Nã chr̃s d̄t Io. 14. Si dili/
gitis me mãdata mea ſeruate. Et rurſum. Qui habet mandata
mea, & ſeruat ea, ille eſt q diligit me. Et paulo poſt. Si q̇s dili/

I. Cor. 7.

git me, ſermonẽ meũ ſeruabit. Et Paulus q̊q; Circũciſio nihil ẽ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſed obſeruatio mãdatoꝝ dei. Ioannes itẽ. Qui dt noui eũ, & p̃ I. Iohan. 2.
cepta eius nõ ſeruat, mẽdax ẽ, & in eo ueritas nõ ẽ. Fingãt igit
iſti quãtũ uelint ſe & credere & diligere, ſi mãdata nõ ſeruent,
nihil ẽ qd faciũt. Sed neq; credibile ẽ eos mãdatis obſeruandis
incũbere, quũ negẽt fieri poſſe, ut uel mãdatũ minimũ obſer-
uet a quoq̃. Ex fructib⁹ ergo ſuis Lutherus q̃lis propheta fue
rit, abũde cognoſcit, bonus ne an malus. Propter qd & chr̃us
ſubiũxit. Ex fructib⁹ eoꝝ cognoſcetis eos. Si ſchiſmata cõtẽti
ones ſi furores ſi cõuicia ſi maledicẽtiæ ſi ſcripturaꝝ ſacraꝝ ad
ulteratio, ſi ſceleꝝ oĩm impunitas, ſi uotoꝝ fractões, ſi ſctimo-
nialiũ inceſtus, ſi monachoꝝ ſcortatões, ſi p̃cationũ horariarũ
cõtẽptus, ſi ieiunioꝝ uiolatio nephãda ſi blaſphemię in chr̃i et
ſctõꝝ imagines, ſi probra in ſctiſſimã dei genitricẽ, ſi nephari⁹
abuſus ſacrę Euchariſtię. Si iſta inq̃ & alia innumera flagitia,
boni fruct⁹ dicẽda ſint iã Luther⁹ erit propheta bon⁹. Sin iſta
peſſima ſint & aurib⁹ oĩb⁹ uere chr̃ianis execrãda, qs Lutheꝝ
ceu peſtẽ quandã teterrimã nõ fugiat, nõ horreat, nõ abhomi
Cętеꝝ ut ad inſtitutũ reuertar. Iã liq̃re ſatis opinor nõ (net
poſſe Lutheꝝ ex illo ỽbo chr̃i colligere, q̃ ppl̃s habeat p̃cep-
tũ aut ius iudicãdi dogmata, ſed fugiẽdi cauendiq; falſos pro-
phetas, inter q̃s & añſignanum quẽdã aptiſſimis indicijs Lu
ther⁹ oſtẽdit ſeſe. Nã iudicare de dogmatibus uſq; adeo diffici
le ẽ, ut in illis etiã hi (q eruditiores ſunt) ſepius allucinẽt, quẽad
modũ de Euſebio ſupi⁹ oñdimus Eat igit nũc Luth. & gl̃iet
q̃ hæc ſola autoritas ſatis fuerit aduerſus oĩm põtificũ, oĩm pa
trũ, oĩm cõcilioꝝ, oĩm ſcholaꝝ ſentẽtias, q̃s clamat ipie atq; ſa
crilege pplo ius iſtud rapuiſſe. Eat inq̃ & talib⁹ adulatõibus p̃
gat ludificare ppl̃m, q tali propheta merito ſeducit, quum nec
monẽte chriſto dolos & fraudes huius lupi declinẽt. Stat eñ Matth. 7.
chriſtus dicẽs. Attẽdite a falſis prophetis qui ueniũt ad uos in
ueſtimẽtis ouium, intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces. Ex fructi-
bus eorum cognoſcetis eos. Nec eſt q̃ Germani putẽt Roma
nos hic lupos uocari, q̃ auꝝ ſibi rapiant. Neq; enim auꝝ lupi
ſed ſanguinẽ ſitiunt, quod & hæretici faciunt. Rapiunt eñ id
quod auro q̃uis p̃ſtãtius ẽ animas uidelicet, de quarum præda
maxime gloriant. Et eiuſmodi ſanę lupũ ſub ouilla pelle ſeſe

Luther⁹ iã p̄ſtitit. Et q̄q̄ hæc autoritas( ut ſibi uidet̃ )huic ne-
gocio uel ſola ſufficiat, tñ ex ueteri teſtamẽto uoluit eã redde-
re Paulo cõfirmatiorẽ, ſed ipſius uerba ſubiungam.

### Secunda Lutheri ratio

XII " HVic ſubſcribũt ferme oẽs omniũ propheta ꝝ ſyllabę
" Quid eñ agũt prophetę, niſi qđ pplm̃ monent ne falſis
" prophetis credat. At qđ ẽ hoc monere, niſi iudicãdi &
" cognoſcẽdi ius penes pplm̃ eẽ, declarare & cõfirmare, ipm̃q;
" ſui operis monefacere & excitare aduerſus oẽs oĩm ſuo ꝝ ſa
" cerdotũ & docto ꝝ doctrinas? Quare hic cõcludimus quoties
" Moſes, Ioſue, dauid, oẽsq; prophetę, in ueteri lege pplm̃ a fal-
" ſis prophetis uocãt & monẽt, toties clamãt mãdãt, cõfirmant,
" excitãt ius cognoſcẽdi & iudicãdi oĩm oĩa dogmata. At hoc
" infinitis locis faciũt, habet hic hẽricus nr̃ aut ullus ĩpurus Tho
" miſta qđ iſtis ogganiat, nõne obſtruxim⁹ os loquẽtiũ iniqua?

Propheta du- plicíter dicit. I.Cor.14. Primo. Et hic ſe rurſum oſtẽdit fallacẽ eẽ prophetã ꝙ huius uocis ac-
ceptõe duplici nos fallere ſtudeat & circũuenire. Nã prophe-
ta bifariã accipit. Paulo propheta dicit q ſcripturas enarrat &
exponit eas populo. Ad quẽ ſenſum Lutherus intellexiſſe ui-
detur p̄dictũ chriſti uerbũ, quo populũ admonuit a falſis attẽ
dere doctoribus & a falſis( ut ait )dogmatibus. Cæte ꝝ quũ in

Secundo ueteri teſtamento monemur a falſis cauere prophetis, de falſis
uatibus & futuro ꝝ euẽtuũ p̄dictorib⁹ intelligi debet. Ad quẽ
modũ in Deutrono. 18. capite qđdã indiciũ tradit, q̊ diſcerni
queat propheta falſus a uero. Hoc inqt habebis ſignũ. Qđ in
noĩe dñi propheta ille p̄dixerit & nõ euenerit, hoc dñs nõ ẽ lo
cutus. Hoc utiq; ſigno falſus propheta dijudicabat apud eos.
Et q̄q̄ p̄ter prophetas, alij fuerint & ſcriptura ꝝ interpretes &
doctores, hos tñ in ueteri teſtamento nuſq̄ lego uocatos pro-
phetas. Quãobrẽ neq; hęc poſterior argumẽtatio Lutheri pri
orẽ illã cõfirmat neq; cũ ea qcq̄ habet affinitatis. Nã in dijudi-
cãdis uatibus oportuit, ut diximus, euẽtũ re ꝝ expectare, uerũ
ad ueritatẽ interp̄tũ diſcernẽdã nihil remorat eo ꝝ iudiciũ qui
gratiã hñt ſpũs & ſenſus in ſcripturis plurimum excercitatos,
Quo fit ut alia rõne uates dijudicent, alia ſcriptura ꝝ interp̄tes
Sed dicet Lutherus, hi q uates erãt, etiã docuerũt plurima.

Ego iſtud nõ inficior. At hoc noĩe nẽpe ꝙ docuerint neutiq̃ prophetæ dicebãt. Neq; eñ p trecẽtos annos añ chriſtũ doctores & interp̃tes defuerũt apud iudæos, Et tñ conſtat eo tp̃e prophetas nullos fuiſſe uſq; ad zachariã Ioãnis patrẽ. Quãob rẽ apte falſum ẽ ꝙ quoties Moſes Ioſue Dauid oẽsq; prophetæ in ueteri lege pplm̃ a falſis prophetis uocãt & monẽt, toties clamãt, mãdãt, cõfirmãt, excitãt ius cognoſcendi & iudicandi oĩm hoĩm dogmata. Nã & ueri prophetæ ſepius monent populũ, ne falſos quouiſmõ prophetas audiãt. Sic eñ Hieremias ait. Vos ergo nolite audire prophetas ueſtros, & diuinos, & ſomniatores, & maleficos. Et rurſum. Nolite audire ỽba prophetaꝶ dicẽtiũ uobis. Nõ ſeruietis Regi Babilonis, qa mẽdaciũ ipſi loquuntur uobis. Et paulo poſt, hæc dicit dñs. Nolite audire uerba prophetaꝶ ueſtroꝶ q prophetãt uobis dicentes, Ecce uaſa dñi reuertẽtur de Babilone cito. Mẽdaciũ eñ prophetãt uobis. Nolite ergo audire eos. An hic tibi uidet̃ Hieremias p̃cepiſſe pplo q̃tenus ipſi falſoꝶ prophetaꝶ dogmata diiudicẽt, an magis ut auerſent̃ eos & aures ſuas occludãt eis penitus Sed & Moſen q̃q; num opinaris tũ iuſſiſſe populo ut dogmata iudicaret, quũ dixerit ei. Caue ne imitari uelis abhominatões illaꝶ gentiũ, nec inueniat̃ in te. q luſtret filiũ ſuũ aut, filiã, ducẽs p ignẽ, aut q ariolos ſciſcitet̃, aut obſeruet ſomnia atq; auguria, ne ſit maleficus, nec incãtator, neq; phitones conſulat, neq; diuinos, & q̃rat a mortuis ueritatẽ. Annõ lõge tutius iſtoꝶ hoĩm dogmata Moſes exiſtimauit populum debere ignorare, q̃ ſcrutatorẽ & iudicẽ hoꝶ ſuo maximo fieri periculo? Qd ſi Lutherus adhuc cõtẽdat uniformẽ huiꝰ uocis acceptionẽ in utroq; teſtamẽto fieri, tñ uellẽ aduertat q̃ ſeueriter iſtiuſmodi falſis prophetis cõminatũ ſit ubiq;. Sic eĩ Deu. 18. ſcriptũ ẽ. Propheta q arrogãtia deprauatꝰ uoluerit loq in noĩe meo q̃ ego nõ p̃cepi illi ut diceret, aut ex noĩe alienoꝶ deoꝶ, ĩterficiet̃. hic ſi Lutherꝰ ſeipm̃ excuſſerit, q̃t errores & falſa dogmata ſub noĩe chr̃i protuliſſet, citra mãdatũ ullũ ſibi datũ a chr̃o, ſed ſola deprauatꝰ arrogãtia, uel ſpũ maligno cõcitatus, audiet oĩno ſe cõdẽnari. Neq; p̃t hãc ſcripturã in orthodoxos patres aut ſeq̃ces eoꝶ q̃uiſmõ retorq̃re, quũ in cõpluribꝰ eoꝶ nec le

Trecẽtis ãnis añ Chr̃m non fuer̃t ꝑphetæ

Veri ꝑphetæ dehortabãt̃ a ma'oꝶ auditu

Hiere. 27.

Deut. 18.

Punitio falſorũ ꝑphetaꝶ q̃drat in Luth.

Sctī patres ad qđ uocatierāt ī hūilitate docebāt.

uiſſima fuiſſet arrogātię ſuſpitio, neq̨ maligno ſpū ad ſcriptu rarꝫ interp̄tatōes p eos ęditas eēnt īpulſi, qn cōtra potius a ſpū ſctō, quē & ad hoc miſſum nō dubitabāt, ut ipſi fideliter eccleſiā erudirēt. Et qs tā impudēs ē, ut iſtos neget ad docēdā plæbē fuiſſe legittime uocatos, atq̨ inſtructos ab ipo ſpū? niſi ſpiritū ſctm̄ fruſtra fuiſſe miſſum, et ocioſum in eccłia reſidere cōtēdat, qđ impiū ē uel cogitare. Q₂ ſi priores interp̄tes fuiſſent legittime uocati, manifeſte palā ē Lutherꝫ, q nō unū aliquem horꝫ, ſed oēs indiſcriminatim cōtēnit, arrogātia deprauatū eē, malignoq̨ pariter afflatū ſpū. Annō mire arrogantē in his friuolis argutijs oſtētat ſeſe, q̄ quū mera blaterameta ſint, ut iam opinor itelligis optime lector, his tn̄ ſe uiciſſe gl'iat, & Regē illuſtriſſimū ob has īpurꝫ uocat Thomiſtā, nec habere qđ iſtis ogganiat, hiſq̨ obſtruxiſſe ſe iactitat os loquētiū iniq̄. Qđ ſi fecerit, mirꝫ ē, ꝙ nō ſuū ipius os inprimis oſtruxerit, q̊ nullū iniq us aut īpudētius loq p̄t. Sed iā ad ſcripturas q̄s attulit ex nouo teſtamēto reſpōdeamus

Lutherus maligno ſpū afflatus cōtēnit omnes.

Tertia ratio Lutheri.

XIII. " Redeamus (inqt) ad nouā legē. Chriſt⁹ Ioā. x. dicēs Oues " meę uocē meā audiūt. Vocē ꝟo alienorꝫ nō audiūt, ſed " fugiūt ab eis. Nōne hic oues facit iudices, & ius cogniti " onis trāſfert ad auditores? Hic primū aduertam⁹ q̄nta licētia Luth. ſcripturā iſtā recēſeat. Nuſq̄ eqdē hoc ꝟbū chr̄s de ſuis ouib⁹ ꝓtulit. Oues meę uocē alienorꝫ nō audiūt. nā plane falſum ē, ꝙ oues chr̄i nūq̄ audiūt uocē alienorꝫ, ſed ꝙ ſp fugiūt ab eis. Sepi⁹ em̄ cōptū ē oues chr̄i ſecutas fuiſſe uocē alienorꝫ & maxime dū hęreſis arriana uexaret eccleſiā chr̄i. Tūc em̄ cōplures falſis dogmatib⁹ erāt ſeducti, q̊rū aliq tn̄ poſtea reſipiſcētes, redierūt ad catholicā fidē. uti mox docebimus Neq̨ deſperamus qn de Lutheri ſectatorib⁹ idē eueniet, p quē cōplures ex ouibus chr̄i iā a recta ſemita ꝟitatis abductas eē nihil ambigimus. De cōib⁹ tn̄ ouibus id dixiſſe chr̄m nō īficior, & de hmōi uerꝫ ē, ꝙ nō ſequūt uocē alienorꝫ, ſed uocē paſtorꝫ ſuorꝫ cū qbus lōgā & diuturnā habuerīt cōſuetudinē, At palā eſt nō nullas ex ouibus chr̄i miſticis aliq̄ diu uocē alienorꝫ fuiſſe ſecutas, tāetſi poſtea redijſſent ad chr̄m. Neq̨ eī fieri p̄t ut ouis chr̄i p̄deſtīata, q̄ tūuis īterea plaudat hęreticis dogmatib⁹, nō finaliter ad chr̄i uocē redeat eā auditura, Quā rē & chr̄us teſtat hoc

Prędeſtinati tādē cōuertēt

ipſo capite Alias inqt oues habeo q̄ nō ſūt ex hoc ouili, & illas Ioan. 10.
ꝑtet me adducere, & uocē meā audiēt & fiet unū ouile unus
paſtor. Ecce uocat eas oues ſuas, q̄ tn̄ adhuc nō chr̄i uocē auſ-
cultarāt, ſed alienā a chr̄o Ex iudęis etiā plurimos, q(dū hic i ter
ris ꝑdicaret chr̄s)uocē ei⁹ cōtēpſerāt, poſt ipius tn̄ aſcēſionē uer
bo eius credidiſſe i actis aptiſſimū ē, q̄re plane falſum ē ꝙ oues
chr̄i nūq̄ ſequāt̄ uocē alieoꝝ, neq3 hoc i euāgelio traditū ē uſq̄ P. rabolarum
Q; ſi dixerit Luth, in pabola ſic haberi. Nō reluctor, at nō op uerba nō hn̄t
tet, ut qcqd i pabola ſit dictū, id oīno myſticā habeat ueritatē. oīa myſticā ue
qd Chryſo. Hier. Aug⁹. ac cęteri pr̄es nō ſemel affirmāt, Mur ritatē.
murabāt eqdē i pabola hi q diuti⁹ laborarāt, aduerſus patrē fami Matth. 20
lias ꝙ parē alijs q ſero uenerant, dederit mercedē. Indignabat̄ Lucæ. 15.
itē & in pabola ſenior fili⁹ aduerſus patrē, ꝙ redeūti fratri uitu
lū ſaginatū occiderit, ueꝝ a myſticis oparijs aut fr̄ib⁹ abeſt oē Ioan. 10.
murmur. Cęteꝝ ut īſtitutū nr̄m apti⁹ oñdamus. Proponat̄ exē
pli gr̄a ꝟbū iſtđ chr̄i. Ego & pr̄ unū ſumus. Aſſentiūt̄ huic ſin
guli tā hęretici q̄ orthodoxi, atq3 id qdē ꝑpterea, ꝙ norūt hoc
ipm a chr̄o fuiſſe dictū. Sed nūc ex ipo ꝟbo. propt̄ duplicē ei⁹ Hęreſes ex ma
ītellectū, uaria ſuborta ſūt dogmata, qbuſdā dicētib⁹, ꝙ pr̄ et fi lo ītellectu ſcri
li⁹ unū ſūt ſubſtātialr̄, alijs cōtra negātib⁹ īter eos unitatē ſubę pturæ naſcūt̄.
ſed cōcordię dūtaxat et aīoꝝ unitatē īter eos ſtatuētib⁹. Ortho
doxi prorſus affirmabāt filiū pr̄i cōſubalē eē, at Arri⁹ & ſeq̄ces
ſui modis oīb⁹ īficiabāt. Sed dū ita cōtēderet̄, piclitabāt̄ cōplu-
res ex ouib⁹ chr̄i. Nec de ſimplicioribꝰ tm̄ loqr, ſed de robuſti
orib⁹ ipis arietib⁹, q ꝑter lumē fidei, plimā iſup in ſcripturis ha
buerāt eruditionē. Euſebi⁹ ille Ceſarieſis, quē Hieroñ. i catalo. Euſebius Ar-
ad deſyderiū, ꝑpt̄ exercitatōem ipi⁹ i ſcripturis, clauē appellat rij dogmate
ſcripturaꝝ, cuſtodēq3 noui teſtamēti. Is quū eēt talis ac tāt⁹ uir corrupt⁹ fuit.
audiēs tn̄ iterꝑtationē ab Arrio factā credidit illi, ſecut⁹ aliquā
diu ptes Arrij, & tn̄ qs dubitat illū ouē chr̄i fuiſſe, quū hinc in
ꝟa fide chr̄i migrauerit. Qđ ſi periclitat⁹ ē Euſebi⁹, & ita collap Replica.
ſus i iudicio, quā iudicij, q̄ſo, certitudinē h3 reliqu⁹ ppl̄s. At in
qes, audiuit Euſe. tādē & credidit filiū pr̄i cōſubalē eē, nō relu
ctor, ſ3 mihi ſufficit, ſuopte eū iudicio (cū eēt ouis chr̄i) falſū eē
& ſic pinde ſecut⁹ ē uocē alienā a chr̄o. Qđ ſi ius habuit iudicā Confutatio.
di, iure ſuo tū id fecit, et bn̄ ſibi licuit hoc ipm facere At nemo
nō uidet, illū i hoc peſſime feciſſe, ſeq̄ndo iudiciū ꝑpriū, quū

nõ ignoraret maiores ſuos, contrariũ & ſenſiſſe et docuiſſe, id
qđ ipſemet reſipiſcẽs cõfitebať, ut ĩ hiſtoria liq̃t ab eodẽ ſcripta.

XII

Chr̃iani aſſentire debẽt, & Chr̃i uerbis & ſctõꝵ patrũ.

¶ Iſtud aptiſſime cõuincit q̃le ius in dijudicãdis dogmatib⁹ habeãt chr̃iani nimiꝵ aſſentiẽdi dũtaxat, atq; id nõ ſolũ euãgelio ueꝵ etiã oĩ ueritati catholicę q̃ p maiores nr̃os unanimi cõſenſu relicta ẽ eccl'ię ut credať. Nã in eis nõ ẽ dubiũ quin ipſe chr̃s una cũ chr̃i ſpũ ſit locutus. Quãobrẽ & hãc uocẽ tãdẽ audiẽt oẽs qcũq; uere ſunt oues chr̃i. Et q finaliter hãc uocẽ nõ audierit, apte mõſtrat ſe neq̃q̃ ouẽ fuiſſe chr̃i. Sed neq; ius ullũ hꝫ quis chr̃ianus ab hac uoce diſſidẽdi. Nã ſi tale ius habuerit licebit itẽ & uerbo chr̃i diſſentire, id qđ plane falſiſſimũ ẽ. Nã unde cognoſcimus chr̃i uocẽ, niſi p maiores nr̃os, q nobis eã indicauerũt.

Veritatẽ Euãgelij p pr̃es ſuſcepimus.

V ñ (p̃cor) ſcimus, q̃ uera fuerint euangelia, qđ Matthei fuerit, aut Lucę, aut Ioãnis, niſi p illos? Quãobrẽ ut fidem eis habuimus in euãgelioꝵ decernẽda ueritate, ita par ẽ, & interp̃tatõi p eos traditę, p̃ſertim ubi oẽs cõſentiũt pariť adhibeamus. Nã ſi qſq; nr̃m ſuũ iudiciũ, & propriũ ſpm̃ ſeq̃t, tot haud dubie ſenſus erũt, q̊t fuerint capita.

Patres ſiť conſentiẽtes in ueritate fidei nõ errauerunt

Quocirca ſtãdũ eẽ maioꝵ diffinitõib⁹ qs nõ plane pſpicit? Errare qdẽ potuit un⁹ aut alť patrũ, nõ diffiteor At ꝙ oẽs errauerĩt, etiã in re ſeria q̃ ad fidẽ ptinet, & tũ quũ unanimiter de illa cõſenſerĩt, tm̃ abeſt ut credã, ut etiã in hac fide mori ſim paratus. Neq; em̃ credibile ẽ ſacrũ illũ ſpm̃, quẽ et ueritatatis ſpm̃ Chr̃s appellauit, atq; ob id mittẽdũ pollicit⁹ eſt quaten⁹ ob docẽdã nos oẽm ueritatẽ, in eccl'ia reſideret, fuiſſe paſſũ, ut tot duces q nos p̃ceſſerãt, errarẽt oẽs, & tãto tractu tpm, & in tãtã pnicię & ſtragẽ aĩarũ.

Addã & iſtuc, ꝙ q maiores iſtos, hoc eſt priores pr̃es ſeq cõtẽnit, neq; dignať habere, ceu duces ingreſſus ſui, ſed ſuopte iudicio fretus, ſpiritũq; propriũ ſecutus irruit in ouile Chr̃i, euidentiſſimũ iudiciũ eſt, oſtiariũ illi non aperuiſſe, neq; p uerũ oſtiũ intraſſe, ſed tanq̃ furem & latronẽ aliunde, quã per oſtium & oſtiarium conſcendiſſe. Nam quis ambigit, priores patres in ſtabulũ ouium legittime fuiſſe ingreſſos, oſtiariumq; ſibi pfamiliarẽ habuiſſe, rectaq; tendiſſe ad oſtiũ. Quãobrẽ quũ Luther⁹ plusq̃ ſupbiſſime cõtẽnat illoꝵ incedere ueſtigijs, qs unq̃ credat, aut oſtiariũ illi, quem ſuis familiaribus nouerit infen

ſiſſimũ apire uoluiſſe, aut hoiem tã arrogãtis animi ꝑ oſtiũ tã humile potuiſſe ĩtrare? Sed uereor ne mea prolixitate nimio lectoribus tædio ſim futurus. Quãobrẽ & ſuccinctius ad reliqua reſpondebo. XV

¶ Quarta Lutheri ratio

ET Paulus (inqt) quũ .I. ad Cor. I4. dicit unus dicat, cæteri iudicẽt. Q; ſi ſedẽti reuelatũ fuerit, prior taceat. Nõne & hic iudiciũ penes auditorem eſſe uult. ""

Reſpondeo. Apud aliqt auditores iudiciũ eẽ uult, ſed nõ apd' oẽs. Nã probe nouit Paulus inter eos fuiſſe cõplures q iudicare nequiuerint. Id q̃d ex ep̃ſæ principio cõptiſſimũ eſt ubi & dicit. Ego fratres nõ potui uobis loqui ut ſpũalibus, ſed ut carnalibus ut infantibus in Chr̃o lactis potu uos alui, & nõ cibo. Nõdũ eñ poteratis, ſed ne nũc quidẽ adhuc poteſtis. Nã adhuc carnales eſtis. Quiſq̃s aũt carnalis eſt, is (ut paulo ſuperius oſtendit nõ ꝑcipit ea q̃ ſunt ſpũs dei, nẽpe ꝙ ea q̃ ſunt ſpũs dei ſpũaliter diiudicent. Falſum eſt igit ꝙ cæteris oĩbus ꝑmiſerit iudiciũ, ſed tãtũ his q uere prophetæ ureq; ſpũales eẽnt. Nã & ſignificauit inter ipſos aliqt fuiſſe q uidebant eiuſmodi, nec tñ erãt, quũ in eodẽ. I4. ca. ſubiũxerit inquiẽs. Si qs uidet propheta eẽ, aut ſpũalis, agnoſcat q̃ ſcribo uobis, ꝙ dñi ſint ꝑcepta. Liquet igit ex his, haudquaq̃ cæteris oĩbus de pp̃lo, ſed tãtũ his q uere prophetæ uereq; ſpũales eẽnt, ꝑmiſſum eẽ iudiciũ. Nã id alioq nõ mediocris cõfuſionis & diſſidij foret occaſio, ſi qſq; iudiciũ ſequeret ſuũ, & de ſuo cerebro loq̃ret. Propter q̃d & Paulus idipm prohibẽs dixit. Nõ eſt deus cõfuſiõis author, ſed pacis, ut in oĩbus cõgregationibus ſctõꝝ. Perinde ac ſi dixerit. Ad hũc modũ ois ordo ꝑturbaret, & magna fieret in eccl'ia cõfuſio, q̃ nõ p̃t a deo proficiſci, a q̃ pax & ordinis integritas ꝑmanat. Que ỽba ſi Luth. exacte ꝑpẽderet, ſciret plane diſſenſiones iſtas, q̃s in eccl'ia iã excitauit aduerſus priores p̃res, quũ tãtã cõfuſionẽ tãtãq; iuſti ordinis ꝑturbationẽ pepererint, nequaq̃ ex deo eẽ, q nõ eſt cõfuſionis autor, ſʒ pacis.

I. Cor. 3.

Paulus nõ reliqt coĩter cĩbus iudicium

I. Cor. I4

Doctrina Luth. nõ ẽ a deo.

¶ Quinta Lutheri ratio. XVI

SIc quicquid Chr̃s Matth. 24, & ubiq; de falſis doctoribus, quicqd Petrus & Paulus de falſis ap̃lis, magiſtris, & Iohãnes de probãdis ſpiritibus ꝑcipiũt, eo ꝑtinet ut iudi ""

cādi, probādi, dānandi authoritas apd pplm ſit. Idq; iuſtiſſime Rn̄debim⁹ ad ſingla. Chrs Mat. 24. dicit. Videte ne qs uos ſe ducat. Multi em̄ ueniēt in noie meo dicētes. Ego ſum Chrūs & ſeducēt mltos. Et mox eodē ca. ſubdit. Surgēt pſeudochri, & pſeudoprophetæ & dabūt ſigna magna & ꝓdigia ita ut in errorē īducant ſi fieri pt etiā electi. Ecce p̄dixi uobis. An nō iā ingēs prodigiū eſt, magnā Germanię partē p unū fraterculū ſeduci, ne tot proceribꝰ eccliaſticis q nos p̄ceſſerūt, quicq̄ credāt? Cęterꝝ qd pro illis ſubiecerit Chrs, palā ē. Iuſſit em̄ ne qſq̄ eiuſmōi pſeudoprophetis crederet. Nolite (inqt) credere, pinde ac ſi dixiſſet, State ī doctrina quā accepiſtis, nec relinq̄tis eā, propter iſtoꝝ noua dogmata. Paulꝰ itē. 2. ad Cor. II. metuit, ne p aſtutiā hmōi pſeudoaploꝝ, q̄s & illic uocat oparios ſubdolos, & trāsfigurātes ſe in aplos Chri. Metuit (inquā) ne p eorū aſtutiā Corinthij corrūperent, quēadmodū & p aſtutiam ſerpētis Eua fuerat olim ſeducta. Et hic molit Paulꝰ, ꝙ ab his audiēdis Corinthij potiꝰ in totū abſtineāt, q̄ ut eorū dogmata patiant audiri. Et Petrꝰ eiuſmodi pſeudoprophetas. 2. Petri. 2. Magiſtros uocat mēdaces q clā inducūt ſectas pniciosas. Et mox in eodē ſubdit. Eos carnē ſequi, in cōcupiſcētia pollutionis ambulare, dn̄ationē cōtēnere, audaces p̄fractosq; eē, nec uereri alios (q gloria præcellūt) cōuitijs inceſſere. Quibus profecto uerbis aut Lutherū expreſſit aut neminē.

Porro diſcretio ſpirituū peculiare donū eſt, nec ad ſingulos ptinet, uti Paulus apte teſtat. I. ad Cor. I2. Iohānes igit in epla I ca. 4. quū de probatiōe ſpirituū ſic loquat. Chariſſimi ne cuiuis ſpūi credatis, ſed ꝓbate ſpūs an ex deo ſint. Qm̄ mlti pſeudoprophetæ exierūt in mūdū, Hoc inq̄ loco Iohānes uel nō a ſingulis examinari ſpūs iubet, uel talē examinationē fieri mādat, q̄ nō multā aut ſubtilē exigit eruditionē. Nā hoc ſolo iudicio pſeudoprophetā dinoſci uult, ꝙ ecclīā ſcindat, & ſchiſmatū ſpinas, hęreſumq; tribulos introducat. Nā hi ſunt fructꝰ q̄s tales arbores pariūt. Sed Iohānē audiamꝰ. Per hoc cognoſcite ſpm̄ dei. Oīs ſpūs, q cōfitet Ieſum Chriſtū ī carne ueniſſe, ex deo ē. Quid hic dicemꝰ? An nō Arrius cōfitebat Chriſtū Ieſum in carnē ueniſſe? Et Aecius, & Eunomiꝰ, & Macedo-

nius, ſed & alij hęretici cõplures? Cõfitebãt hauddubie, ſ3 uoce tm̃, factis ꝟo negabãt, cũ tñ Chr̃s i carnẽ uenerit ob unitatẽ & charitatẽ quã illi ſcindũt, lacerãt, diſcerpũt. Nõ eĩ colligũt cũ Chr̃o, ſ3 diſpgũt, imo ſoluũt Chr̃m, hoc eſt myſtici corpis eius dilaniãt unanimitatẽ. Propter q̃d in Iohãne ſequit. Et oĩs ſpũs q ſoluit Ieſum, ex deo nõ eſt. Sic eñ h3 translatio q̃ communiter legit, quã & hoc loco ueriorẽ eẽ puto Nã annotauit Beda q Theodorũ audiuit natiõe Gręcũ, & in ſcripturis egregie doctũ, q̃ſdã ex hæreticis (q prauo dogmate, Chr̃i diuinitatẽ, ab hoĩs diſpẽſatione ſeparare conabant) hunc uerſiculũ ex epl̃a Iohãnis eraſiſſe. Certũ eſt igit omnẽ ſpm̃, qui q̃uis mõ Ieſum ſoluit, ex deo non eẽ. Quis ergo nõ aptiſſime cernit Lutherũ, q tãti ſchiſmatis author eſt, tãq3 miſere ſcidit & dilacerauit eccl̃iaſtici corporis unitatẽ, prioreſq3 cõtempſit patres, uere ſchiſmaticũ eẽ, & hac nota manifeſtariũ eẽ pſeudoprophetã? Hoc iudicãdi ius licere cuiq3 de ppl̃o nõ inficior, id ẽ, ut q̃ primũ quẽpiã aliqua ſuſpitione ſenſerint eẽ ſchiſmaticũ, eius dogmata cõmunionẽq3 ꝓrſus uitẽt, donec legitime fuerit purgatus. Cęterꝝ de ſubtilitate dogmatũ iudicare, nec ad plębẽ ꝑtinet, nec ſcripturis ullis, ut id a plębe fieri debeat, uſq̃ tradit. Iohãnes uero paulo poſt in dicto capite manifeſtũ ſubdit indiciũ, q̃ quiſq3 poſſit ſpm̃ erroris a ſpũ ꝟitatis diſcernere, idq3 citra magnã eruditionẽ aut ſubtilẽ dogmatũ dijudicationẽ. Sic eñ ait. Qui nouit deũ audit nos. Qui non eſt ex deo, nõ audit nos. Per hoc cognoſcim⁹ ſpm̃ ueritatis & erroris. Hacten⁹ ille. Neq3 eñ quũ dixerit. Qui nouit deũ audit nos, hoc pro ſolis apl̃is & diſcipulis, q tũc fuerãt, intelligi uoluit, ſed & ꝓ cæteris, qcũq3 forẽt in eccl̃ia legitime ſucceſſuri, ſeruaturiq3 myſtici corpis unitatẽ Qũo igit Lutheri ſpũs ex deo poterit eẽ, q cũctis aplõꝝ & diſcipuloꝝ ſucceſſores pro nihilo ducit, & cõtẽnit penit⁹? An nõ ex hoc manifeſte cõſtat ſpm̃ eius ſpm̃ erroris eẽ, nõ ueritatis? Vix potuit igit Luther⁹ alijs uti teſtimonijs, quæ magis eum demõſtrarẽt pſeudoprophetã eẽ. Neq3 tñ aſſecutus eſt q̃d molit, nẽpe, ꝙ ob id ſua dogmata credant a nobis eẽ catholica, ꝙ talia cenſeant a ſectatoribus ſuis, & populari iudicio pro dogmatibus uere orthodoxis cõprobentur

Verſus ex epiſtola Iohannis eraſus fuit ab hæreticis.

Luth. ſchiſmaticus eſt.

I. Iohan. 4

Spũs erroris facile deprehenditur

Luthe. habet ſpm̃ erroris

XVII ¶ Sexta Lutheri ratio.

" NAm unuſquiſq; ſuo piculo recte aut falſe credit, ideoq;
" cuiq; pro ſe curandũ eſt, ut recte credat, ut etiã cõis ſen
" ſus & ſalutis neceſſitas urgeat, neceſſario iudiciũ doctri
" næ penes auditorẽ eſſe.

Rñdemus, q̄ queadmodũ i emẽdis reb⁹, emptoris piculo ſit, ſi qd uel recte, uel ſecus emat. Tñ qa non oẽs æque periti ſunt in decernẽda bonitate re℞ emẽda℞, ideo quicũq; nõ plane ſto lidi ſunt cõſulũt pitiores, qbus in eiuſmodi negocio credunt, neq; ſuo ipſo℞ iudicio fidũt, nẽpe q̄ intelligãt ſe, p imperitiã facile falli poſſe. Ad quẽ modũ & ſimpliciores chriani, q falli nolũt, facere tenent, & eo certe magis, q̄ ex errore fidei maius immineat piculũ, q̃ ſi quis errauerit in re quapiã emenda. Nã hic ſolã pecuniã amittit, illic uero pdit & animã. Diſcrimi noſum eſt igit cuiuis craſſiori, ſuũ hic ingeniũ aut iudiciũ ſeq uelle, ſed illo℞ ſequet tutius quorũ probitati cõfidit, & de qui bus nullã unq̃ audierit falſi dogmatis ſuſpitionẽ. Q, ſi uiuos habere magiſtros nequeat, habere p̄t uel mortuos, de q℞ fide uita, eruditione nullus unq̃ bonus dubitauit, ueteres inq̃ illos qbus ipſe ſacer ſp̃us plenius & copioſius illabebat. Hi profecto longe ſecurius audiunt, q̃ pleriq; eorũ q iã uiuũt, quũ plus illi de ſp̃ũ credant ibibiſſe. Porro q̄ dicit Luther⁹ cõmunẽ ſen ſum & ſalutis neceſſitatẽ urgere, ut neceſſario penes auditorẽ ſit iudiciũ, aptiſſime falſum eſt, niſi plane ſp̃ũalis & in ſcripturis exercitatus auditor ipſe fuerit, imo cõmunis experiẽtia ſalutiſq; neceſſitas nos admonẽt, ut alio℞ potius iudiciũ ſequamur, de q̃rũ eruditione probitateq; cõfidimus magis q̃ de noſtra. Sed nunc ad id quod ſubdit Lutherus.

Perit'ores cõſulẽdi ſunt Chriſtianis

XVIII. ¶ Septima Lutheri ratio

" ALioqui fruſtra dicit, Oĩa ꝓbate, quod bonũ eſt tenete.

Rñdem⁹, Id dictũ fuiſſe toti corpi ecclię, nõ ſinglis ipſi⁹ mẽbris. Queadmodũ ſi qs uni hoĩ dixerit, uide, audi, cõtractare, curre Nõ pro ſingulis qbuſq; mẽbris hęc dicunt, ſed alid ad oclos ptinet, alid ad aures, ad man⁹ tertiũ, & quartũ demũ ad pedes. Sic quũ toti eccl'iæ dicit Paulus, Oĩa probate, nõ ſingulis hoc dicit, ſed ſp̃ũalibus q℞ eſt pro toto corpe ſollicitos eſſe.

I. Theſſa. 5.

rectúq; ſup dogmatibus & examen & iudiciũ ferre. Quicqt aũt ipſi ſanũ iudicauerint idip̃m a cæteris abſq; ſcrupulo debe approbari. Nã queãdmodũ guſtus in hũano corpe pro cæteris mẽbris diiudicat, qd ſapiat, qdve cõtra fuerit inſipidũ. Sic & in corpe toti⁹ ecclïæ ſpũales uiri guſtũ obtinẽt pro cęteris, q̃s & decet citra quãuis heſitationẽ illoꝝ iudicio ſtare, neq; minus tutũ id erit ut oñdimus, imo lõge tuti⁹ q̃ ſi ſuo qſq; cõfidat ingenio. Qđ nec ſine piculo neq; citra deteſtabilẽ arrogãtiã fieri ſolet. Cæteꝝ & hic optarim Luther⁹ attẽderet q̃d ilico ſubiũxit Paul⁹. Ab oĩ ſpecie mali abſtinete, hoc ſi uel ipſe uel ſectatores eius diligẽtius expẽderẽt, nunq̃ relictis patrũ prioꝝ dogmatib⁹ ad alia noua prorſuſq; repugnãtia ſeſe cõferrent, maxime quũ Paulus ad Heb. iuſſerit, Doctrinis uariis & peregrinis ne circũferamini, Hæc ſi ſpẽs mali nõ ſit, non intelligo qd aliud ſpẽs mali dici queat. ¶ Octaua Luth. ratio I. Theſſ. 5 Hebr. 13 XIX

Et iterũ. Spũalis oĩa iudicat & a nemine iudicat̃, At quilibet chrïanus eſt ſpiritualis a ſpiritu Chriſti. „ „

Paulus eo ipſo loco q̃ dicit ſpũalem oĩa iudicare & ip̃m a nemine iudicari, hoc eſt epl̃a priori ad Corint. teſtat̃ cõplures chrïanos carnales fuiſſe, & nõ ſpũales, uti ſupius oñdimus, ac ꝑinde nec poſſe de ſpũalib⁹ iudicare. Neq; eñ oĩs q ſpm̃ ſanctũ h̃z, protin⁹ ẽ Paulo ſpũalis, ſed q dilucide mẽtẽ h̃z illuminatã a ſpũ & affectũ ab eodẽ feruẽt̃ inflãmatũ. Variis eñ gradib⁹ ſcđm uaria dona ſpũs illabit̃ hoĩb⁹. Et m̃lti ſpm̃ h̃nt, q nõ tãta ꝑſpicacitate illuſtrãt̃ ut iudicare queãt de oĩbus. Iſtđ nihil ambigo qn ſit cũctis manifeſtũ. Quãobrẽ & hmõi ſpũalis, q ſic illuſtrat̃ & afflatur, oĩa diiudicare nouit, nec debet aut p̃t a craſſiori & carnali ppl̃o diiudicari. Verũ iſtud nequaq̃ in ſingulos de ppl̃o cõpetit. ¶ Nona Lutheri ratio I. Cor. 2. Spũalis hõ nõ qlibet dicitur

Quod poſtremo ſubdit ex eadẽ epl̃a. Oĩa vr̃a ſiue Apollo, ſiue Paulus, ſiue Cæphas, nihil ad inſtitutũ Lutheri facit, quũ Paulus hoc ubiq; agit, ut de ſe iudicare nihil ad ipſos ptineat. Q̃nquidẽ & añ ſit teſtat⁹ ſe tenere mẽtẽ Chr̃i, ac proinde ſpũalẽ eẽ nec debere a q̃q̃ iudicari. Sil̃r & inferius cap. 4. dicit. Mihi pro minimo ẽ ut a uobis diiudicer aut ab humano die, Et Paulo poſt. Qui me iudicat dñs ẽ. Ni- „ „ I. Cor. 3. I. Cor. 4.

hil igiť ad rē attinēt priora uerba q̄ Luther⁹ produxit. Sed &
manifeſte falſam attulit interp̄tationē, quū ſubiecit, Id eſt de
oīm dictis & factis iudicādi ius habetis. Nā & ſubſequēter ue
tat Paul⁹ eiuſmodi iudicia dicēs. Nolite an̄ tēpus iudicare q̄ad
uſq; ueniat dn̄s. Quare falſum eſt, ꝙ de omniū dictis & factis
haberēt ius iudicādi. Quæ uero ſequunť in Luthero cōuicia
iactātiæq; ſunt, qbus ego nō rn̄deo, ſed iudicio lectoris p̄mit-
I.Cor.4 to, quē obnixius precor, ut cū illis cōferre uelit, q̄ ſupra dixi-
mus. Ipſa uero conuitia quiſq; legerit, intelliget ea nequaq̄ a
ſancto ſpū, ſed a dęmone q̄piā impuriſſimo proceſſiſſe potius

¶ Ordinem & matrimoniū eſſe ſacramēta, cōfer
req; gratiam efficaciter. Cap. XII.

.I. IAm poſtremo loco quū prope calcē libelli, q̄-
dā aduerſus ordinis & matrimonij ſacramenta
Lutherus obiecit, ad ea paucis rn̄debimus. Cō
tēdit hic Luther⁹, ordinē haudquaq̄ ſacr̄m eſſe
ꝙ ſacramēti rō quā ipſe excogitauit neutiq̄, ut
" ait, cōueniat ordini. Ego (inqt) ordinē negaui ſacramētū eē,
" id eſt promiſſionē et ſignū gr̄æ adiectū quale ē baptiſm⁹ & pa
Definitio ſa- nis. Nullū itaq; Luthero ſacramētū eſt, niſi q̄d apertā in ſcrip
cramēti a Lu. turis habeat gratiæ promiſſionē cui ſignū q̄q; ſenſibile ſit adie
ctū. At qd opus fuit, ut Lutherus hāc nobis nouā ſacramenti
rationē excogitaret? Intellige lector ob id hūc nodū in ſcirpo
ſtuduit immittere, q̄ ſuū errorē (quē de fide cōcepit) ſecuri⁹ tu
eať. Nā p̄ſpexit hō uaferrimus, ſi p̄ ſacramenta qs grām aſſeq
ualeat, iā cōſequēs eſſe, ut nō ſola fide iuſtificemur, ſed p̄ ſacra
Opa ad iuſti- mentoꝝ etiā opa. Q, ſi qs admiſerit, iā corruit funditus uni-
tiā cōducunt uerſa Lutheri ſtructura. At q̄ ſit illud ſcripturis cōſentaneum
pluribus inter cōfutandū articulos p̄ illū aſſertos oſtēdim⁹ ar.
.I. Quibus iā hoc unū adijciem⁹. Si fides ſola iuſtū efficiat &
opera nihil penitus adijciāt iuſtitiæ, tū Iohānes in ep̄la prima
cap. 3. nō recte iuſtū diffiniuit quū dixit. Qui exercet iuſticiā,
iuſtus eſt. Q, ſi uerū ſit, ut & eſt oīno ueriſſimū, oportet eū q
uelit iuſtus eſſe, iuſtitiā exercere, neq; ſufficit cuipiā ut credat
ſolū. Nā quātūuis qs crediderit, ſi ſua ſponte peccet iniuſtus
e ueſtigio reddiť, quēadmodū e regione Iohānes ſubdit. Qui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN